

*Confessionis Status in diuersas abeunt sententias sola amicabile compositione dissensio componatur, ac proposita dubia resoluantur, non attenda votorum pluralitate. In caussis vero Collectarum, et aliis statum Imperii politicum concernentibus, haectenus a multis retro seculis obseruatus per maiora concludendi modus porro etiam obseruetur.*

Euangelici vero in sua sic dicta resolutione d. 8. Martii st. v. postularunt, vt loco eius articulus 21. in proximo §o descriptus substitueretur. Id quod a Saluio factum, eoque effectum est, vt Caesaris legati paulatim cederent, et nulla, nisi de valore suffragiorum maioris partis in caussis contributionum superesset controuersia.

VON MEIERN *Acta P. W.* t. 4. l. 25. §. 18. seq.

§. XXXV.

Cedi vero in his a Protestantibus, quia Caesaris maxime intererat, acriter vrgebant eius legati; sed neque in hac re cedendum sibi putabant; eamque ob causam in concluso d. 12. April. 1647. ad articulum 21. sic statuebant:

*Wegen Pluralität der votorum in materia collectarum müsse man zum wenigsten in contradictione verbleiben, und wäre gar nicht einzuräumen.*

2018